



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bibliotheca Rhetorum

In quo Causae Forenses, Liber Epistolarum, Liber Fabularum, Et
Oratiunculae

Le Jay, Gabriel François

Ingolstadij, 1726

Amico suo ob missum recèns editum ab eo opusculum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71049](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71049)

rerum tantarum ! Atque id si Superi nobis annuerint, nihil video, quod vel amicis, vel tibi expetendum sit. Vale.

A M I C O S U O

Ob missum recens editum ab eo Opusculum.

Ad agendas gratias.

Fecisti rem gratissimam, si quam aliàs unquam, Amice; qui opusculum à te nuper in lucem editum pro tuâ humanitate ad me miseris; pro quo dicere non possum, uti reverentio, quantum tibi debeam. Legi illud semel atque iterum, neque retrahabo minùs suaviter, postquam eorum explevero curiositatem, qui libellum verè aureum ambiunt. Quanquam vix exorabo, quæ tua modestia est, ne suspiceris adulari velle me tibi, aut amiciùs sentire de te, tuisque rebus, si meam de libro tuo sententiam interposuero. At non recusabis iudicium multorum hominum, qui eruditi inter paucos & delicati palati apud omnes audiant. Illi sic extulère totius operis gravitatem, elegantiam, concinnitatem, nihil ut ad cumulatum ex omni parte absolute accedere posse arbitrentur. Verùm non est illud novum atque insolens, quòd à te tam eximium opus exierit, qui nihil nisi perfectum ingenio & elaboratum industriâ edere soleas. Perge, uti fecisti hactenus, promovere ram feliciter illam indolem, quam peculiari Super-

N rum